



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Prima Duo Sæcula Complectens

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 13322648**

§. 8. Hæresis Tatiani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II. *quam, ut vivendi rationem, Legibus Dei*  
 A. C. 172. *mei conformem, deseram, a me postuletis.*

## §. VIII.

*Tatiani Hæresis.*

EX modo, quo Tatianus in suo opere de S. Justino loquitur, eum tunc fuisse mortuum, colligi debet; & demum post  
*Eus. V. c. 29.* ejus felicem obitum cecidit Tatianus; cum enim aliis doctior videri vellet, superbia inflatus, & in errores Valentini, Marcionis, & Saturnini lapsus est. Tamen quamdiu Romæ versabatur, ambitionem pressit, at in Orientem reversus, Daphne prope Antiochiam, in Cilicia, & Pisdia errores docere cœpit. Adamum, ajebat, non esse salvatum; tanti continentiam faciebat, ut matrimonium pro corruptela, & dissolutione haberet; hinc ejus Sectatores dicti sunt Encratitæ, seu continentes; animalium carne abstinebant, & vino, quod nequidem ad Evcharistiam adhibebant; ideo Discipuli ejus etiam *Hydroparastates* seu aquarii nominati sunt. Docebat etiam, Legem veterem ab alio Deo latam esse, & iterum ab alio Evangelium. Eo audaciæ devenisse, ajunt, ut quædam S. Pauli verba mutaverit, sermonis constructionem correcturus; quatuor Evangelia in unum contextum concinnaverat in forma cujusdam

*ap. Tertull.*

*præf. c. 52.*

*Epiph hæc.*

*46. 47.*

*Clem. Alex.*

*II. Pæd. c. 2.*

*Theod. hæc.*

*fab. I. I. c. 20.*

*Clem. Alex.*

*2. Strom.*

*Eus. IV. hist.*

*c. 29.*

*Eus. ibid.*

*Theod. hæc.*

*fab. I. I. c. 20.*



jusdam concordantiæ, quam Græce *Dia-* Sæculum II.  
*tesseron* dicebant, at Genealogias, ex qui- A. C. 172.  
 bus Dominum nostrum de progenie Da-  
 vid esse probari potest, resciderat.

Quidam nomine Severus Tatiani er- Euf. IV.  
 roribus novos errores superadidit, cujus c. 29. Aug.  
 Sectatores Severiani dicti. Julius Cas- hæc. 24.  
 sianus Hæresiarchæ Valentini Discipulus, Clem. 3.  
 societate cum Tatiano inita, auctor hæ- Strom.  
 resis Docitarum evasit, dicentium, Jesu  
 Christo non nisi corpus phantasticum,  
 seu apparens fuisse. Scripsit etiam li-  
 brum de continentia, in quo textum ex  
 Apocrypho Evangelio secundum Ægy-  
 ptios adducebat, ubi Jesus Christus cum  
 Salome loquens, & matrimonium dete-  
 stans inducebatur. Genesin explicans  
 dicebat, fructum vetitum fuisse matrimo-  
 nium, & tunicas pelliceas nihil aliud,  
 quam carnem humanam. Tatiani erro-  
 res scriptis impugnarunt Musanus, Apol-  
 linaris Episcopus Hierapolitanus, Clemens  
 Alexandrinus, & Origenes.

§. IX.

*Bardesanes.*

Cum in Mesopotamia multiplices hæ- Euf. IV. hist.  
 reses in lucem emergerent, Bardesa- cap. ult.  
 nes, quo in scientiis Chaldæorum nullus Id. 6. c. præp.  
 versatior, aut linguæ Syriacæ peritior, c. 8.  
 Dialogos contra Marcionem, & quosdam  
 O o 5                      alios